ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Amplissimo Domino Domino de Zuylichem et ...

Perillustris domine,

Mitto, quem emi ex patris piae memoriae auctione jusseras emi Beckmannum, probum, si quid judico eruditumque atque accuratum scriptorem, probis duobus florenis comparatum. pretium si nimium fortasse videtur, ignoscas quaeso quod imperatis tuis sine ulla exceptione parere et volui et debui. habebat ille liber multos sui cupidissimos, in his Victorem Alemarianum, qui, cum ignoraret cujus partes sustinerem, consectori Homano cedere sua majestate indignum arbitratur: ego contra faciebam me magnificum virum, atque adeo Dumnorix quidam Caesarianus tum quidem volebam videri, ut me licente contra liceri auderet nemo. honesta ratio, honesta oratio sat scio, erit apud minime [illegible] et aequi bonique consulturum, etiam si quid forte male, modo bono animo, curatum sit.

Boxhornium nuper Leidae de editione poematum ~~tuum~~ tuorum, ut convenerat tanquam me domestico nomine ac te ignaro, fueram compellaturus, sed eo ipso die, tanquam iisse dicebatur; quare quae dixissem coram, jam ad eum scripsi, facturus te ejus responsi, cum legerem atque accepero, certiorem. Vale cum nobilissima nunquam semper honoranda amandaque familia. scribebam tumultuarie in pistrino meo triviali

Perillustris domine

tuus omni obsequio

Hornae postrid. Cal. Majas 1650

Henricus Bruno

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 101
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5041

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 101
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5041

Mijn Heer
Mijn Heer van Zuylichem etc.
Ridder, Raedt en eerste Secre,,
taris van Sijn Hoogheijt

In
's Gravenhaghe

Door vriendt

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Bruno_H) 101
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5041